

53^o **P**ostquam narauimus de tot prouincijs & teris prout| superius audiistis dimitemus ergo de illarum materia & incipiemus intrare in Indiam causa referendi omnia mirabilia que ibi sunt. & primo narabimus de esse nauium mercatorum euntium & redeuntium de india sunt enim naues ille taliter ordinate primo noueritis quod constructe sunt de ligno Abietis & çapini & habent coperturam unam pro qualibet. & super coperturam sunt in aliquibus plures lx cameris & in aliquibus pauciores secundum quod naues su[n]t maiores & minores & in singulis cameris potest unus mercator ad suum comodum permanere habent unum amplustre & arbores quatuor & multociens addunt arbores duas que leuantur & ponuntur quocienscumque uolunt. habent insuper alique naues uidelicet que maiores sunt bene tresdecim colcos id est diuisiones ab interiori parte cum firmis aseribus factos simul incastratis itaque si accidat nauem casu fortuito in aliquo loco frangi uidelicet quod aut feriat in saxo aut cete piscis. propter escam in eam percuciens ipsam frangat quod sepe contingit. Nam dum nauis in nocte nauigans aquam faciens inundare. per(?) prope cete transeat cete uidens aquam dum mouetur *de cete pisce* albere. putat sibi fore cibum & uelociter progrediens ferit in nauem & sepe nauem frangit in aliqua parte sui & tunc aqua intrans per fracturam discurit ad sintinam que nunquam permanet aliquibus ocupata & tunc inueniunt marinarij in qua parte fracta sit nauis. |

& tunc coltus uacuatur in alios|

54^o & tunc coltus uacuatur in alios/ qui illi fracture respondet nam aqua non ualet de uno colco ad alium pertransire tam sunt fortiter intraclusi. & tunc aptant ibi nauim & mercimonia euacuata ibi reponunt. Naues uero taliter sunt clauate nam omnes sunt duple uidelicet quod habent tabulas duas una supra aliam circumcirca ipsas. & sunt calcate intus & extra & sunt bene clauate cum clauis fereis. Inpegolate non sunt quia non habent picem. set taliter ipsas unguunt Accipiunt calcem & canapum quod minutim incidunt & pistant simul omnia ista cum quodam oleo arboris mixta. Et posquam ista tria simul pistata sunt. simul se retinent admodum uisci. & de istis unguunt naues. & ualet melius quam pix Iste quoque naues requirunt alique marinarios trecentos alique ducentos. alique cl alique plures alique pauciores secundum quod naues sunt maiores & minores Ipse quoque multo maius portant pondus quam nostrates. & iam tempore preterito erant naues maiores quam sint nunc ad presens. quia maris inpetus insulas taliter in pluribus locis dirupit/ quod aqua non inueniebatur in multis locis suficiens nauibus illis tam grandibus quare sunt facte nunc minores ducuntur quidem cum remigibus & cum quolibet remige uogant quatuor uogatores. Jttem naues iste maiores secum ducunt duas & tres minores quarum 54^o alique ducuntur a lx marinarijs alique a lxxx alique a c que multas| mercationes